

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Elegia 9. Ioannes è vinculis duos è discipulis mittit ad Iesvm; vt eum
Interrogent, sit Messias necne? Ad Legatvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Elegia 9.

Ioannes è vinculis duos è suis discipu-
lis mittit ad IESVM; vt eum
Interrogent, sit Messias
necne?

A D L E G A T V M .

Mitteris ab Syrijs sciratum oracula regnis
Edita, quæ vatum præscia vota canunt.
Idque ubi Iesseides terrâ Iesseide I E S V S,
Exequitur seræ grande salutis opus,
Atque rogas, magni stat iusta facessere vatis,
Tu quis es? ô si fas; quærere magna lubet.
Tu proauum spes prima? salus tu prima nepotum?
Vt imâque æternæ sœcula pacis ages?
Adfore iam Syrijs te vox canit omnis in oris. (#)
Vota viri, geminant publica vota natus.
Et pueri, queis fœda lues inoleuit autio
Crimine, quam nullis eluat amnis aquis.
Mors alios alio super aggere semper æceruos
Pensat, & ïmâ nigris regna triumphat equis.
Vt quid adhuc spes lenta suâ suspedit habenas,
Nec properat iustum quam petit orbis, opem?
Indomito compescere potens, data fræna furori.
Te duce, pax niueis blanda recurrit equis.
Ergo celer cui vox omni sonat vnica regno,
Christe veni, lapsis rebus & affer opem.
Vnde tuus tantos mirabitur orbis honores,
Aureaque inde tuum nomen ad astrâ feret.
Aureus ipse veni, gens surgat ut aurea mundo,
Ac cœlo & terris aurea sœcla trahat.
Aureus his sœclis præfulget opinor Eous.
Nunc ubi tanta Syro diditur orbe salus,
Auspice te quæ prisca canunt oracula vatum
Consilio Diuini, iam noua sœcla fluent.

(a) *Toto Oriente sub hac tempora percrebuerat
fama, et Iudea Regem Regum nasciturum.*

Elegia 10.